



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Octavo Præcepto, Non Dicas Falsvm Testimonivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

396 EXPOSITIO VIII. IX. ET X. PRAEC.  
tamus. Et quia contractus diuinatus instituti sunt, vt homines inter  
se mutuis officijs declarant obedientiam suam erga Deum, pie & san-  
cte exercendi sunt. Nam & iniusticiam in contractibus puniatur Deus,  
non solum pœnis magistratum, sed etiam alijs cladiis, viisque  
Iesaias, Væ prædanti, quia viciſſim spoliaberis. Deut. 25. Pausa  
iustum habetas, vt longo tempore viuas. Et experientia compone  
visitatam regulam, Male parta, male dilabuntur. Contine hæc  
multas virtutes pugnantes cum avaricia, ignavia, prodigalitate,  
licet iusticiam in contractibus, liberalitatem, sedulitatem, pauci-  
tiam. Quia ignavi & prodigi omnes sunt fures, nisi enim eximi  
rapiant, non possunt suum otium & summi tolerare.

D E OCTAVO PRÆCEPTO.  
NON DICAS FALSVM TESTIMONIVM.

H AEC Lex munit iudicia & pacta, & continet virtutem omni-  
pulcerissimam, Veritatem, cuius veritas latissime patet in codi-  
nis, in iudicij, in pactis, in conuersatione. Violant enim hoc pre-  
ceptum omnes corruptelæ doctrinarum, quæ sunt fraude, au-  
planta ingeniorum, omnes calumniæ forentes, omnes elusiones ha-  
ſe negotiorum seu sophismata, omnes qui hypocriti sua infideli-  
alijs, & non ingenue offendunt quod sentiunt, & qualis sit error.  
Hæc quam late pateant in vita, diligenter considerandum est, res  
& acriter odisse sophisticam discamus.

D E NONO ET DECIMO  
PRÆCEPTO.

N O N & Decimum addant declarationem, vt sciamus Legi  
Dei non solum de externis operibus præcipi, sed accusari  
damnari etiam vitium hærens in hac depravata hominum natura,  
quod vocant concupiscentiam. Non enim tantum damnat hæc vi-  
nos affectus, ad quos accedit Consensus, vt vocant, sed etiam ipsa  
prauam inclinationem, quæ est perpetua quædam auerſio à Deo, &  
contumacia repugnans Legi Dei, & gignit infinitam confusione  
petitionum, etiamsi non semper accedit consensus. De hoc præcep-  
timo inquit Paulus: Sensus catnis inimicitia est aduersus Deum.  
Legi enim Dei nec subiectitur, nec subiecti potest. Nec leue malum  
telligatur inimicitia aduersus Deum, multas enim pestes comple-  
tur, dubitationes de Deo, auerſionem à Deo, tremulum aduersio-  
num cum punimur. Deinde vagos & errantes motus infinitos  
Legem Dei, scilicet confidentiam propriæ sapientie aut virium